

ERIKERPIPER
IBI
ERIKERPIPER

b. e.

BER SERKUS
FURORQUE
BERSERKICUS,

SPECIMINE ACADEMICO,
Consentiente Ampl. Fac. Philos. Upsal.

SUB PRÆSIDIO

VIRI CELEBERRIMI,
Dn. LAURENTII
ARRHENII,

Hist. Prof. Reg. & Ordin,

Die 18. Junii, Anno 1725. in Aud. Gust. Majori
Publico Examini subjectus

Ab

ALUMNO REGIO

1725.

ERICO RAMELIO.

Sudermanno.

UPSALIÆ, Literis WERNERIANIS.

Dögsválbörna Fru
Grefsvinna /
Fru EWA
LEJONHUFWUD,
Grefsvinna od Friherrinna
till Nynäs / Åråsa / Martoffta
Gimme / Råstwelsta / Ku-
rön / &c. &c.
Min Kädiga Fru !

Min Fru här visar sig en flock af grym-
ma bröder
Hvars wapen wida blänkt i Ost Nordväst
och Söder
Hvars wilda Bersärks gång så grym och
förfälig war
Alt wetelös Björn och Warg för honom
fasa bar.
Hicklinnor doch det los i svånska sagor våra
Alt aldrig Bersärks gång förmåt at dem förs-
vara

Alt

Alt så det paper som min Versärd's rit-
ning för

In för Er Nåde sig med roddnad wisa för
Er Höga frägd/ min Fru/ mig nådigt lynne
lofwar

När olård siäder Er med sasselöst blad be-
gåfwar

Ett märkligt Nåde prof det ju från waggan
var

Då Eder Nåde mig för Errans Altar bar.
Låt dersför Höga Fru min siäder ödmjukt
strifwa

At thetta må et prof för Edra ögon blisiva /
Thet upphörligt jag skall höga Himlen be
Att wij i långlig tid Er hälsos trefnad se.

Högwälborna Fru Breswinnans

Min Nådiga Fru

Aldradmiukaste Tienare
ERICH RAMELIUS.

S. R. M.
MAGNÆ FIDEI VIRO,
Generofissimo atque Nobilis-
fimo Domino,
DN. CAROLO H.
WATTRANG,
Regiæ Cameræ Consiliario
CONSULTISSIMO
PATRONO MAXIMO.

Levissimam hanc
Descri

Humilli
ERICUS

*Generosissimo atque Nobilis-
simo Domino,*

**DN. PETRO
FRANCK,**
Dicasterii Regii ADSESSORI
adcuratissimo.

PATRONO *MAXIMO.*

**BERSERKORUM
ptionem**

**me offert
RAMELIUS,**

Spectatissimo Prudentissimoque
V I R O,

**Dn. O L I V I E R
H A C K E R T,**

Officinæ nitrariæ ad Åker Direc-
tori maxime Conspicuo, Fautori
pia mente jugiter hono-
rando.

Plur. Reverendo Doctissimoque

V I R O,


**Dn. P E T R O
R A M E L I O,**

V-Pastori in Åker longe dignis-
simo, parenti Optimo, quovis filialis
obsequii genere ad cineres
usque colendo.

Exile bocce tirocinium

D. D. D.

E R I C U S R A M E L I U S.



I. N. S. S. T.

§. I.



Ui monumen-
ta hyperboreo-
rum paulo ac-
curatius pensa-
taverit, mira-
cerite cupidine
pugnandi eos

flagrasse fatebitur. Adeo quippe
fortitudo majorum nostrorum bel-
lica, a primis inde temporibus, in-
ter alias gentes emicuit, ut egre-
gia hyperboreorum facinora claris-
simorum scriptorum impleverint
volumina. Ut taceam Skaldos at-

A

que

que historicos, qui *Sagas* nostras consignarunt; sufficiat provocasse ad Herodotum, Justinum, Julium Cæsarem, Cornelium Tacitum, plurimosque alios, qui nullo amore patriæ, nec frivola quadam laudis cupidine seducti, quod nostris fortasse objici posset; sed vi veritatis adacti Scythas, Gothos, Svedos ac Germanos alias gentes virtute bellica longe superasse tatis superque testantur. Ceterum in nostris annalibus celebres sunt pugiles illi, qui corporis viriumque robore, & pugnandi ardore ceteros omnes superarunt. Hi *Berserki* appellati sunt, de quibus paucis in præsenti agere constitui. Quod si hæc mea opella Tibi, B. L., se minus, quod vereor, probaverit, ejus sis æquanimitatis, rogo, ut adolescentiam meam benigne excuses.

§. II.

**Quod attinet ad Originem vocis
Ber-**

Berserkr, duplex ea esse videtur. Vel enim composita est ab antiquis vocabulis *Berjas* & *yrkia*/ quorum prius proprio sensu notat rem aliquam fortiter ac vehementer agere; sensu vero metaphorico, pugnare. Posterius vero, *yrkia*/ ciere notat, sic *Bersyrker* significabit virum, fortiter, celeriter atque artificiose rem aliquam agentem, vel pugnas cientes. a) vel secundum alios, derivatur a *Ber* & *Serk*. b) *Ber* notat nudum & apertum; unde in historia Olavi exstat *Ber Ord* h.e. verba clara & aperta, gerabert manifestare. *Mella berara* clarius eloqui, c) *Serk* d) autem signifi-

A 2

cat

- a) *Verelius ad Hervar.* S p.36. *Reenbj.* ad *Torst. Wikings.* S. p. 13. *Conf. Verel. Lex Scand.* in voce *yrkia* *Verel. ad Rolf. & Gothr.* S. p. 98.
- b) *Reenbj.* loc. cit. *Verel* loc. cit.
- c) *Verelii Lex. Sc.* in voce *Ber.*
- d) *Vid Reenbj. l. c. & Verel. ad Herv. S.*

cat loricam , quam nos appellamus
 Þanþarstiorta ; stiorta quippe &
 Serk unum idemque significavit.
 Unde Messeserk vel Messestiora /
 Ornamentum illud sacerdotale , ad-
 huc in missa celebranda usitatissi-
 mum. Hinc pugiles isti veteres
 Berserki dicti , quia loricati non
 fuerunt , quando pugnam cum ho-
 stibus inirent , ut ex sequentibus
 patebit. Non vero unice Berserker
 dicti sunt , in plurimis quippe no-
 stratum historiis aliis quoque no-
 minibus insigniuntur , quorum
 præcipua sunt : *Atlaupsmen* , *Ourda-*
men , *Ransmen* , *Holmgauengemen* ,
Ospectarmen , *Bardagamen*. e) h. e.
 viri facinorosi , robusti & ma-
 ligni , quod facile ostendi posset , si
 in uniuscujusque inquirerem ety-
 mologiam ; quum vero ad meum
 non pertineat propositum , nec per
 imperatam mihi brevitatem liceat,

missa

e) *Saxo Gram. cit. a Verelio ad Her-*
var. S. Gretta. c. 17.

missa hæc facio , ad ulteriore*m*
pugilum h̄orum descriptionem
pergens.

§. III.

Sive aberias & yrkia, pugnas cie-
re, sive a ber nudus, & Serk lori-
ca, sit nomen Berserkr, optime
utraque etymologia pugilibus hisce
convenit. Fuerunt enim viri, ut
robore ac magnitudine , plusquam
humana præditi; ita etjam omnium
mortalium spurcissimi , & legis,
cum civilis, tum naturalis violato-
res nequissimi. Sed, ut Ordinem
in Berserkis his describendis obser-
vem, de corporum eorum statu-
ra , forma ac viribus præprimis
agendum. Fuere plurimi eorum
tales fere, quales *Risar*, *Halfrisar*,
Bergrisar, ac *Jettar* describuntur ,
corporum magnitudine supra com-
munem sortem evesti ; Ut de Gi-
gante Starkatero legitur in hist.
Hervoræ. a) De Angantyro, b) de
A 3 Hart-
a) C. i. b) *Ibid. c. 5.*

Hartbeno Helsingo, apud Sax. Gr. c)
 De Gretero, Svertingo, Hielmero,
 Heidricho aliisque, ex historiis an-
 tiquis cognitis. Quibus fidem eo
 majorem adhibeamus, quo regio-
 nem septentrionalem genuinam ac
 propriam fere gigantum patriam
 fuisse concludere possumus ex ver-
 bis his Hervora *Saga.* d) *enn Adr*
Tirkiar oc Asemenn komu a nordur-
laund, bygde Nordur halfurnar risar
oc sumt halfrifar. h. e. *Ante Turca-*
rum & Asiaticorum in septentrionem
adventum incolebant hunc tractum gi-
gantes & semigigantes. Non desunt,
 qui, quod de gigantibus narratur,
 nihil habere veritatis putent; sed
 dicant mihi, quid sentiendum sit de
 gigantibus Gen. 6. memoratis, de
 filiis Enachim, de Goliato, de Ogo
 rege Bazan, de quorum magnitu-
 dine ac gigantea corporis statura
 ipse Spiritus Sanctus testatus est.
 Dicant etiam, quid sentiendum sit,
 de

c) *Lib. 7. p. m. 112.* d) *Cap. 2.*

de plurimis scriptoribus profanis,
qui omnes fere uno ore primis tem-
poribus gigantes viguisse confiten-
tur. Contrariam foventes opinio-
nem erudite refutavit Augustinus
in libro de civitate Dei, e) ut taceam
alios. Tantam corporis molem &
magnitudinem, fortitudine corpo-
risque viribus caruisse non existi-
mandum est; vires quippe eorum
ex fortissimis & saepenumero hor-
rendis factis, ubique in historiis
nostris obviis, satis constare credi-
derim. Hanc corporis magnitudi-
nem variis artibus magicis auetam
voluerunt. Iis enim adscribendum
est, quod alioquin natura nudissimi
fuerint ferro impenetrabiles, ut de
omnibus, quotquot Berserki vocan-
tur, legitur; quod potuerint ter-
ram usque ad genua invadere, ut
de duodecim pugilibus Halfdani
regis Muscovitici traditur in histo-

ria Roltonis, *f*) quod potuerint illæsi ire per ignem, ut narratur de Moldo ejusque sociis. Vid. Svarfdalorum hist. Msc. *g*) Quod denique potuerint sua incantare arma, quibus aliis Berserkis ac crudelissimis pugilibus vitam postea abripuerunt. Hoc vero, Pygmæis & Dvergis, arma hæc fabricantibus, maxime debetur. Ab iis etenim Dvergis informabantur hi pugiles in arte hac, tam fabricandi, quam incantandi gladios, ut commemoratur in Vilkinga *Saga b*) de Vjinto filio Vadi Rysii, plurimisque aliis. Hujus generis fuit gladius *Angurvadall*, *i*) quo Vikingus Vifili filius Harakerum Jernhausium interfecit; *Tirfing k*) quo Angantyr Hialmaro vitam ademit; *Risanöt, l*) quo, Rolfo Rex Vestro-Gothorum

tru-

f) Cap. 27. p. 163 *g*) C. 8. *b*) cap. 19. seqq. *i*) *Torst. Vik. S. c. 3. & 4.* *k*) *Herv. S. c. 5.* *l*) *Rolf. Goth. S. c. 30.*

trucidavit Grimmerum Grimolfi filium, plurimique alii in historiis passim commemorati. His viribus ac artibus pugiles freti tantam tovebant superbiam, ut neminem parem sibi esse existimarent, unde moris habuerunt, reges atque heroas interrosgare: utrum quis existimaret se æquali ipsis fortitudine ac agilitate præditum esse. Quod satis patet ex historia Hrolfi Krakii, in qua de ipsius Hroltonis duodecim Berserkis hoc traditur: m) Stiga då de inkommo uti Galen effter sedwåntan fram för hvar man / och frågade deras fornåmste / om någon hölt sig för jämnsnäller? Men de beletade sig ömse om ursächter/effter som de tyckte hederligast kunna vara / finnande man dock af deras ord / at de förstodo dem mycket fattades i jämnsnällhet emot Bersärkerna. Sedan gick han fram til Swipdager och sporde / om han tycktes jämnsnäller?

A 5

Swip-

m) Cap. 23.

Swipdager sprang då upp och drog
 ut sit svärd / och sade sig ej i någon
 del vara sämre än han &c. Non-
 nullis capitibus interjeetis. Bödvar
 spödr Jälte om Bersärkernes seder?
 Han svarade / at deras wana woro/
 at gå fram för hwar man / då de in-
 kommit i Sahlen och först för Kongen
 med befrågande / om han råkna-
 de sig för deras jämnlike? Men Kongen
 svarar så: thet är svårt at ut-
 sätta huru raske männ i åren / eme-
 dan i hafwa främjat eder i strider
 och blodzutglutelser hos åtskillige
 folckslag / så väl borta i Söder / som
 hemma i Norlanden &c. In eadem
 hist. de duodecim aliis Berserkis hæc
 exstant: n) När den andra Juhl-
 affton inföll och Konung Rolf satt
 til bordz / sprungo Sahlsdörarne upp/
 och gingo der in tolf Bersärker alla
 gråhåriga / och fruchtade ej mera för
 jern / än som thet woro tjs / de stiga
 effter wanligheten in för Kongen / och
spör

n) Cap. 37.

spör deras förnämste åfwen som förr;
 och sedan de ock hade fått af honom
 svar effter plågsed / förtogade han
 sig til hvar och en i Salen / gående
 sidst til Bodvar samt dess Kompa-
 ner / han frågade Bodvar om han
 befurne sig vara jämnnäller? Den-
 ne svarade / at han hölt sig ej jämnn
 utan hellre mycket suällare i hwad
 som rönas kunde &c. Idem de
 Moldo legimus. Molde begärte los
 at få gå om kring i Jarlens Sahl
 för hvar man / och ipörja om nå-
 gon hans jämnlige funnos / ty han
 tyckte sig theraf hafwa glädie. At-
 que hæc fuit male sana Berserkor-
 rum conditio tempore pacis. Sed
 qualis fuerit rabies eorum in bel-
 lo , ubi non strenuorum militum
 instar; sed ut crudeles canes feræ-
 que se gesserunt , cuvis facile erit
 judicatu. De Berserkis , quos Eri-
 cus Victoriosus misit ad Haquinum
 Comitem , Sigurdi Filium , scribi-
 tur : Så snart de wredgas / blifwa

de

de galne som hundar / och fruchta
 hwarken eld eller jern. o) Irati ra-
 bie canina feruntur , nec ignem ,
 nec ferum timentes. Et ut omnia
 paucis comprehendendam , sciendum
 est , pugiles hosce , pugnas vel mo-
 nomachias ineuntes ; repentina fu-
 riarum afflatus correptos fuisse , scu-
 ta sua morsibus non tantum attres-
 etasse , verum etiam summas clypei
 partes morsus acerbitate consum-
 fuisse ; igneos carbones ventri man-
 dare non destituisse ; raptas ore pru-
 nas in viscerum ima transfudisse ;
 crepantia flammorum pericula per-
 currisse ; arbores silvæ fregisse ;
 magnos lapides ab uno loco in al-
 terum vibrasse , imo in proprios
 suos liberos ac milites sæpe sævi-
 se. Quam rabiem sævitia inge-
 nii cum furiarum ferocitate con-
 juncta illis inspirabat. Nec potuit
 conceptus dementiæ motus alio
 remedii genere , quam vinculorum
 inju-

Injuriis, aut cædis humanæ piaculo temperari. Tandem recedente furore isto, instar ægrotantium infirmi, debiles ac languidi jacebant, & in eum redigebantur statum, ut facile a quovis interfici possent. Hæc cauſsa fuit, cur pauci ausi fuerint cum iis congredi; quapropter reges atque duces, pugiles nostros magni facientes, præsides provinciarum, Landzwärns-män / quondam constituerunt. Hoc officio fungebantur duodecim pugiles Adilæ, Regis Upsalensis. De quibus hæc exstant verba: p)
 Han ågde tolff Bersärkar / hwilka wore hans Landzwärnsmän / ech frja-de hans rijke från upror och ofrijd.
 Tales provinciarum præsides olim quoque fuerunt duodecim pugiles Hrolfonis Krakii; duodecim Half-dani, Regis Muscovitici, plurimi-que alii, quorum numerum heic recitare supersedeo. Pauca hæcce de

p) Rolf. Krak. S. c. 16.

de statura , fortitudine , moribus , furore bellico & officio Berserkorum sufficient ; jamque ad ea , quæ ad materiæ hujus uberiorem endationem facere videantur , pergo.

§ IV.

De primo Berserkorum in Scandinaviam accessu , certi quid statuere , tanto difficilius est , quanto clariora nobis desunt testimonia . Haud tamen a vero me abduci existimaverim , si dixerim , Odinum Asiaticum primum fuisse , qui arte magica , sua in septentrione gessit facinora . Ille enim primus legitur figuram suam corporisque habitum commutare potuisse , uno momento in regiones remotissimas se recipere , meris verbis flamas extinguere , maria compescere , tempestates ventosque convertere , defunctos ex sepulcris suis revocare , arma aliasque res mortuas incantare , corpus suum impenetrabile reddere , carminibus terram , mon-

montes , saxa , tumulos aperire. Hæ plurimæque aliæ Odini artes ita me moverunt, ut facile credam, cum Odino primos Berserkos in septentrionem venisse: quod etjam veritati haud inconveniens erit , si fides habenda Sturlonidi, qui refert, Odini milites omni telorum, armorumque apparatu destitutos rabidorum instar canum voracissimorumque luporum grassatos fuisse, clypeos dentibus corripientes , nec quidquam ursis & tauris robore cedentes , viros ad pedes suos prosternentes , nec igne nec ferro domari potuisse. Hæc eorum ferocia *Berserksgangur*, seu hominum inermium intrepidorumque furiositas, dicta est. Post Odinum magis magisque aucta est Berserkorum cohors, ita ut non tantum in septentrione , verum etjam plurimis aliis regionibus horrenda prorsus gesserint facinora. Quam ob caussam ad

ad eos sic loquitur Hrolfo Krake
 a) I hafwen frāmiat eder i strider
 hos åtställige folkslag / så wål borta
 i Söder som heimma i Nordlandena.

§. V.

Heic merito quæri potest, de-
 derintne Berlerki nomen *Serklandiæ*
 & *Berserklandiæ* iis regionibus quas
 inhabitabant, nec ne? Id extra-
 omnem dubitationis aleam esse cre-
 diderim a *Jothnar* & *Rifar*, h. e.
Gigantibus, appellatam esse *Jotun-*
heim & *Rijaland*, h. e. terram Gi-
 gantum. Quod si à pari argumen-
 tari licebit, idem forte de Berser-
 kis dici posse videbitur, Jotunhei-
 miam & Risalandiam in supremis
 Dalekarliæ collocat Nob. Reenhiel-
 mius a) ductus auctoritate Histo-
 riæ Torstani Wikingi fil. ubi hæc
 habentur. b) *Loge han atte þa Ko-*
na er Glod hiet, dottr Gryms ur Gryms

gordum

a) *Rolf. Krak. S. c. 37.*

a) *Not. ad Torst. Vik. S. p. 12.*

b) *Cap. I. p. I.*

gordum nordan ur Jothnaheimum er
 þa voru kallader fyri nordan i Jelvo-
 gum. Grimus var bin mesti Berserkr.
 Uxorem habuit loge, Glod nomine,
 filiam Grimmari ex Grimsgardum e
 septentrione & Jothnaheim prout illo
 tempore nominabatur septentrionalis
 ille tractus, super Elivogar Grimma-
 rus autem summus erat Berserkus. La-
 cum vero Elivogæ in supremis Da-
 lekarliæ adhuc nomen suum retine-
 re ait idem Nob. auctor. Porro ad-
 ducit locum ex Ults Uggasonar Sa-
 ga ubi Gigas Skialgr. Heiti eg skialgr,
 son johtuns Risá Kong's of serklandi. h.
 e. Skialgr nominor, sum filius johtuns,
 Gigantum Regis in Regione Serkland.
 E paulo post, Jotun Rysa Kongur
 var a Serklandi. Rex Gigantum Jo-
 tun inhabitabat serklandiam. Unde
 suspicatur terram illam Gigantum,
 in supremis Dalekarliæ, præter Jo-
 tunheim & Risaland etiam Serkland
 & Berjerkland dictam, quoniam, ut
 sunt iplius verba, *incola terra istius*

B

cum magna essent corporis mole , magiae quoque dediti fuerunt , ita ut Diabolica arte corpus suum immune adversus quodque periculum reddere possent. c) Nec obstat quod aliæ etiam regiones eodem insignitæ fuerint nomine. Sic Africa dicta est Serkland. *Han lagdist Da með her sin vester i Africa , er veringiar kalla Serkland.* Cum exercitu suo in Africam profectus est , quam Veringii Serklandiam nominant. d) Specialiter vero Æthiopia ; unde Petrus Claudii in versione Snorronis Sturlesonii Serkland vertit , det stora Morland. h. e. Æthiopia. In hac enim fuisse Berserkos ex Sagis nostris constat. Eg giorde og stapulin i Sundsholms Sundi medan du bryttiadi blamen syri fian dan a Serklandi. e) h. e. locum quo que ædificavi in freto Sundholmensi , in quo commode deponi possint merces , cum tu

c) Ad Torst. Vik. Hist. p. 13. d) Harald Sigurdsonars Saga. e) Eistens Olafs & Sigurds Saga.

tu præparasti Diabolo Æthiopas in Serklandia. f) Quales fuerint hi Æthiopum Berserki describit Bodvar Biarkes Saga MS: Kong Rolf Krakes dotter Snot begjartes af en blå Berserker benåmbd Gote / Swarter och Trotlinger till allt skapnad; Skallos ter / och ögonbryuerha hängde honom neder på näsan/ elden tyktes brinna utur ögonen. Munnen war som en Bergsråmna/ tändren stodo länge utom Käffian / hålst den ena som låg en twär hand ofwan för Hatt. Skäggget war både sidt och svart / sträckandes sig neder till Bältet / och Armbogarna. Han hade et stort swärd och skarpt i handen / men wid sidan en Klubba. Præterea sudra Serkland / h. e. Serklandiæ meridionalis meminit eadem Biarkii Historia , ponitque eam non longe å Niorvasund , h. e. freto Gaditano , ut placet Reenhiel-

B 2 mio.

f) Vertente Reenbj. in Not: ad Torst. Vik. Sag. loc. cit.

mio. g] Unde videtur concludi posse, fuisse quoque borealem Serklandiam. Hoc tamen accurate observandum est, has provincias a nullis aliis gentibus quam hyperboreis nomine Serklandiae insignitas fuisse. Verum dum Berserkos in septentrione nostro viguisse adsero, id non ita accipi velim, ac si nulli alii milites ac heroes ibi inventi fuerint. Constat quippe circa horum pugilum ortum plurimos hyperboreos a Berserkorum saevitia ac beneficiis immane quantum abhoruisse, unde Deas [vetulas puta] in magica arte præcipue informavit Odinus. Idem præterea apparet a verbis Heraudii ad magnam istam veneficam Buslam, quum artes Diabolicas eum docere vellet. *Enn han sagðist vilda ad þad væri ecki Skrifjaf i æfi saugu sna, ad hann inni nokur blul med gauldrum, þan sem bonum Skildi til Skalmensku talia.*

Nej

g) loc. cit.

Nej såde han det will jag icke/ att
uti mitt lefvernes *historia* skall blif-
wa upskrifvit at jag någon ting med
trolldom skall hafwa uträttat/ thet
som bör mig råknas till dygd och
mandom. b]

§. VI.

Hi fortissimi & laudatissimi Her-
roes, non ipsi tantum abstinebant
a furore Berserkico, verum etiam
plerumque ægre ferebant, alios his
artibus uti, atque hoc furore agita-
ri. Unde summa flagrarunt cupi-
dine illos interficiendi. Inter hos
Heroas, immortali laude dignos,
jure meritoque numerantur Star-
katerus Junior, alias annosus di-
ctus, qui plurimis Berserkis vitam
abstulit, Rolfo Gautrici filius, qui
solus duodecim ejusdem generis in
Moscovia trucidavit; Wikingius
Wifelsonius qui Harakerum vita-
privavit, Torstanus Vikingi filius,
qui interfecit Slifa Uffe fratremque

B 3

ejus

b) Herauds & Boſe S. cap. 3.

ejus Otilfaxe; qui nullo alio ferro
 violari potuisset, Odur qui in sams
 fö vicit atque interemit undecim
 crudelissimos pugiles ac Berseros
 Andgrymi filios fratresque Angan-
 tyri. Et si plures inspicere veli-
 mus historias, inveniemus, quod,
 licet hi Berserk i cum multis pugnas
 ac monomachias iniverint, pluri-
 masque viatorias obtinuerint, ad
 ultimum tamen victi ac crudeliter
 trucidati fuerint, quem in finem haud
 insolens fuit fortissimis heroibus in-
 gentes gestare clavas, qvum pugna-
 rent cum Berserkis, qui, ut dictum
 est, hebetandi ferri artem noverant.
 De infelici plerumque obitu horum
 Athletarum eleganter observavit
 beatus Werelius in Epistola sua de-
 dicatoria Hist. Heraudii præfixa.
 Detta är märckeliget uti Sagan/ at
 de som hafwa sat sin lit på denne fa-
 ners konsten åro alle illa omloinne/
 och de som hafwa dristat på sin dygd
 och mandom åro behåldne. Quam
 ob rem Reges, Duces ac Comites,
 ubi

ubi demum intellexerunt, hos Berserkos inutilia & perniciosa esse Rei publicæ membra, jusserunt, ut trucidarentur, aut alias regiones, ab his remotissimas, peterent, ne diutius leges & privilegia civium violarent; Exemplum habemus in Erico Jarl, qui exulare jussit omnes prædones ac Berserkos publicæ tranquillitatis osores. In illorum autem numero, duo fratres, viri sceleratissimi, Torerus Tomb & Augmundus malus, Halogælandia oriundi, qui corporis mole ac fortitudine præ aliis præditi, grassabantur more Berserkorum, & neminem irati metuebant; Reges etiam ac Episcopi Christiani satis superquerari, quantum hæ Diabolicæ artes atque furor iste Berserkicus veram Religionem impediret, variis modis quosdam interfecerunt, aliis patria expulsis.

§. VII.

Quoniam in superioribus magiæ & incantationum mentionem fecimus,

mus, hunc paucis videndum est; an jure hæ diabolicæ artes Berserkis tribui possint? Velle ab iis immunes fuisse, nec fortitudinem suam tam spurcis & detestandis vitiis masculasse. Sed, proh dolor! arguentibus eos omnibus, quos superstites habemus, Historicis antiquis, causam eorum agere non licet. Audiamus ipsum Snorronem, de artibus Odini loquentem.

Odinn kunne sua göra, at i Grofto ur þo oviner bans blinder, eþa daufer, eþa otta fuller. Enn wopn Deina bito eigi helldur enn Vendir. Enn hanns menn foro brynjolauser, oc voro galner sem bundar; eþa Vargar, bito i Sköldo sine, voru sterkir sam Birnir, eþa Grindungar, heir drapu Manfolkit; enn hvartki Eldur ne Jarn orkti a þa, þar kallhar Berserks gangur, h.e. Odinus hostes suos cæcos, sardos & timidos reddere potuit, gladiosque eorum virgis nihil acutiores; Milites ejus, omni telorum armorumque adparatu destituti, rabidorum instar canum, & voracissimorum ritu lupiterum, graffabantur, clypeos dentibus corripientes, nec quidquam ursis vel tauris robore cedentes. Viros ad pedes suos prosternebant,

nebant, nec igne chalybe aut ferro domari potuerunt. Hæc eorum ferocia Berserks gangur, seu hominum inermium intrepidorumque ferocitas dicta est.

Audiamus quoque auctorem historiæ Rolfonis & Gothrici de duodecim Halfdani Regis Berserkis: *Med Halfdani K: voru tolf Berserkir Peir voru illir oc odælir, a ongan Heina beit jarn. Tueir voru næfnder af þeim, heit annar Heina Hrostþiofr, enn annar Hæsthofdi: Peir voru brædur; a er fra þeim sagt, ad þeir odu fjord til hnia: oc urdu eis scalfradir a vopn, Þa Berserksgangr kom a Þa deir drapu bædi men oc sie, oc alt þader fyrí þeim vard, ef ey villdu undan renna, oc eirdu ongu meðan saohuyrvur a þeim. Enn pegar heota rann af þeim, Þa voru Peir sua Mattlitler, al þeir hafdu ey all næ ni halfan styrk sin, oc var sem heir væri sua veikir, sem heir men eri sottum hafdu leigit; oc helst þal dægur eþa þui ner. b. e. Konungen hade och tolf orga och ilskesfulla Kiämpar / hwilke woro så hårda att intet järn bet på dem. I blan desse woro två bröder Rostios och Hästhufwed / hwilke sages hafwa wadat i jorden til knäls. På desse Kiämpar föll understundom sådant raserijs at the intet kunde regera sig sielfwa; dräpandes både folk och*

få och alt det före dem kom och icke lagde sig
uthur vägen medan detta raseriet påsto /
vägde de hvarken ett eller annat : men när
het släpte them wore the så maktlöse / at the
icke hade halftwa sina kraffter / och woro så
swage som the nyligen woro upkomne af siuk-
dom / och stod det på en dag så när.

Taceo cetera, innumera fere, veterum
Historicorum testimonia, quæ apertis ver-
bis indicare videntur magiæ Berserkos
fuisse addictissimos. Nec de eo mul-
tum dubitat Verelius. (a) Ceterum natura-
lis nehic fuerit furor, & pro lubitu adscitus,
an a Dæmoni immissus ego haud definiverim.
Ita prorsus comparatus esse videtur, ac homi-
num Dæmoniacorum furor, qui, cum maligno
implentur spiritu, tanto pollent robore, quan-
to vix decem alii simul. Rursus cum mali-
gnas abcessit genius, infirmi ac debiles jacent.

Habes sic L. B. ea, quæ de Berserkis observare potui,
quibus multa quidem addere possem, nisi brevitati li-
tandum esset. Quod vero ipsa veterum sagarum ver-
ba Gothica semper adducere non potuerim in causa
est, quod manuscripti codices mihi defuerint; itaque
Svecica versione, quam mihi benigne transmisit Clas-
sissimus & patriarchum antiquitatum peritissimus Erich.
Jul. Biörner, contentus esse debui. Deo sit laus, qui se-
ipsum loco trium Idolorum Upsaliensium nobis colen-
dum obtulit, qui Christianissimos reges nobis constituit,
qui denique vere fortes ac pios duces loco Berserco-
rum nobis dedit. Sit nomini ejus Gloria in
secula seculorum.

b) Nor. ad Hist. Rolf. & Goth. pag. 98.

